

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio u
cum fonte primo

Ambiciosus statim ut
est ad honorem promotus,
in superbiam extollitur, in iactanciam
effrenatur. Non curat prodesse
sed gloriatur preesse;
presumit se meliorem
quia cernit se superiorem.

Priores dedignatur amicos, notos ignorat
hesternos,
comites contempnit antiquos.
Vultum auertit, ceruicem
erigit, fastum ostendit,
grandia loquitur, sublimia meditatur,
subesse non patitur, preesse molitur,
subditis onerosus, omnibus infestus,

→

Preceps, molestus, arrogans,
gravis et importunus.

←

Innocencius ibidem (de uilitate
condicionis humane).

Statim autem ut ambiciosus
promotus est ad honorem,
in superbiam extollitur et in iactanciam
effrenatur; nec curat prodesse,
set gloriatur preesse;
presumit se esse meliorem
quia se cernit superiorem.
Set bonum non facit gradus, set virtus,
non dignitas, set honestas.
Priores dedignatur amicos, notos ignorat,
extraneos novit,
comites contempnit antiquos.
Vultum auertit, visum attollit, ceruicem
erigit, fastum ostendit,
grandia loquitur, sullimia meditatur,
subesse non patitur, preesse molitur,
prelatis infestus, subditis honerosus.
Molesta
non suffert, concepta non differt;
preceps et audax, gloriosus et arrogans,
gravis et importunus.
Innocentius III, *De miseria condicionis*
humane, 2.30 (R.E. Lewis ed.,
pp.183/185, ll.1-13).